



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Vita Et Epistolae Honorii Papae II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

CALLISTVS C. TOLOSANVM. HENRICVS V. IMP.
P. II. LUDOVICVS CRASSVS R. FR. SI

ANNO
CHRISTI
III24.

CONCILIVM TOLOSANVM

AVCTORITATE CALLISTI PAPÆ CONTRA
quosdam hæreticos monachos, in bona ecclesiæ & fa-
cramenta ecclesiæ blasphemos, celebratum anno Do-
mini MCXXIV.

NOTA.

* *Concilium.*] De hac Synodo in fasciculo temporum ista scribuntur: *Hic Tolose Synodum celebrauit, in qua damnauit fictos quosdam religiosos, qui plures hereses secrete & publice seminabant contra sacramenta & bona ecclesiæ. Ita fasciculus temporum.* Gestæ Con-
ciliæ.

VITA ET EPISTOLÆ HONORII PAPÆ II.

HONORIVS, dictus ante Lambertus, Bononiæ na-
tus, Ostiensis episcopus, qui Vvormatiensi prin-
cipum Conuentu resignantem libere inuestituram epi-
scoporum imperatorem Henricum auctoritate sedis apo-
stolicæ, cuius legatione fungebatur, vinculo anathema-
tis absoluerat, electus est pontifex xix. Kalendas Ianua-
rii, anno Christi III24. tempore Henrici regis Germa-
niæ V. & imperatoris eiusdem nominis I V. Contra
eum in schismate creatus est pseudopontifex Theobal-
dus sanctæ Anastasiæ cardinalis, Cælestini II. nomine insi-
gnitus. Verum quia cum Honorio pars potior erat, inquit
chronicon Cassinense, fautores Theobaldi rerum euen-
tum cernentes ad Honorium se contulerunt. Idem iif-
dem fere verbis abbas Vrspergensis, addens eundem
in Romana ecclesia diutissime probatum, & in ea lega-
tione, qua ipse dudum in reconciliatione regni & sa-
cerdotii Germanicis in partibus strenue laborauerat,
cis citraque notificatum, tam illorum qui longe, quam
qui prope erant, sacerdotum vnanimi fauore conse-
cratum, moreque sedis illius vere tanto honore di-
gnum, Honorium appellatum esse. Vnus Tyrius lib. 13.
belli sacri, cap. 15. de electione huius pontificis ait:

Honorius
II. quando
pontifex
factus.

Concil. Tom. 27.

G ij

Eodem anno 1124. dominus Callistus bonæ memorię pa-
pa secundus vita deceſſit, cui ſubſtitutus eſt quidam Lam-
bertus, patria Bononiensis, Ostiensis episcopus, qui di-
ctus eſt Honorius. Hic elec̄tus eſt ſub contentionē cum
quodam Théobaldo presbytero cardinali tituli sanctae
Anastasiæ: & quia elec̄tio ipſius Honorii minus canonice
proceſſerat, poſt duodecim dies in conſpectu fratrum
mitram & mantum ſponte refutauit atque depoſuit. Fra-
tres vero tam epifcopi quam presbyteri & diaconi car-
dinales videntes ipſius humilitatem, & proſpicientes in po-
ſterum ne in Romanam eccleſiam aliquam inducerent
nouitatem, quod perperam factum fuerat in melius refor-
marunt, & eumdem Honorium denuo authorizantes ad
eius veſtigia prociderunt, & tamquam paftri ſuo & uni-
uerſali papæ conſuetam obedientiam ſibi exhibuere. *Hæc*
de Honorii elec̄tione Tyrius. Eadem iisdem fere verbiſ Pan-
dulphus apud Baronium: Vvilelmum Tyri archiepifco-
pum ex Latinis primum a Guaremundo Hierosolymita-
no patriarcha conſecratum pallio donauit, ſcriptiſque ad
epifcopos & clericos Tyri nec non ad prædictum Guare-
mundum Hierosolymitanum patriarcham epiftolis man-
dauit, vt ſuum illi archiepifcopum a ſe iure pallii dona-
tum benigne accipient, & religioſe obſeruent. Misit etiam
cum eodem, inquit Tyrius, dominum Ægidium Tufcu-
lanum epifcopum apostolice ſedi legatum, virum elo-
quentem & admodum literatum, per quem Antiocheno
patriarchæ Bernardo epiftolam ſcripſit, monens vt domi-
no Tyrenſi ſuos quos detinebat, ſub poena suspensionis,
reſtitueret ſuffraganeos. Initio pontificatus Oderiſum
abbatem Caffinenſem ob contemptum ſedi apostolice
iteratis vicibus illatum excommunicauit, & depoſuit.
Petrus Diaconus. Sanctum Bernardum hac ætate mirabi-
lem ac velut quoddam fidus terris illapſum, Hildeber-
tum Turonensem archiepifcopum, Norbertum multa-
rum gentium apostolum, Hugonem de ſancto Viſtore Pa-
riſienſem theologum, aliosque viros ingenio, doctrina,
religione ac pietate præſtantes mirifice coluit. Decreta
Synodi Nannetensiſ, quibus duo iura Conano comiti
Britanniæ conſentienti eripiebantur, rescripto quodam
velut ſancte & legitime conſtituta conſirmauit: prauam-

Elec̄tio
Honorii
qualis?

Res geſta
Honorii
papæ.

Sanctus
Bernardus,
& Norber-
tus auulta-
rum gen-
tium apo-
ſtoliſ, flo-
rent.

que illam corruptelam potius quam consuetudinem, qua
decedente marito vel vxore vniuersa decedentis mobilia,
quæque ex naufragio emerferant, non ad filios vel legitimi-
mos heredes, sed ad fiscum transibant, magno beneficio to-
tius Britanniæ plane abrogauit. *Papirius Maffonus.* Ottonem
Halberstadensem episcopum a suis canonicis accusatum
& conuictum, quod pro consecratione cuiusdam ecclesiæ
triginta solidos accepisset, depositus, eique Rodulphum
substituit. *Chronicon Hirsangiense.* Vvilemo duce Apuliæ
& Calabriæ sine liberis defuncto, Rogerium Siciliæ co-
mitem eiusdem inuasorem, vi & armis coegit ad iuramen-
tum fidelitatis more solito ecclesiæ Romanae præstan-
dum. Ludouicum Crassum Franciæ regem bonorum &
iurium ecclesiasticorum usurpatorem, a Stephano Pari-
sensi archiepiscopo iustis censuris innodauit, male infor-
matus, ideoque a sancto Bernardo binis literis grauiter
satis reprehensus absoluit. Huius tempore Tanchelinus
quidam Adamitarum hæresin condens, multos Antuer-
piæ sua eloquentia & sedulitate seduxit: negabat enim
corporis & sanguinis Christi perceptionem ad salutem
prodesse: nihili faciebat sacerdotes & episcopos: suis hæ-
resibus non assentientes per suos sectatores (habebat enim
circiter tria millia militum qui eum vbique sequebantur)
occidi iubebat. Ad eam hæresin ex hominum animis era-
dicandam illius loci episcopus constitutus est Norbertus
Præmonstratensis ordinis, qui suis concionibus adeo pro-
fecit, ut fere omnes ad fidem catholicam conuersi fuerint,
afferentes in ecclesiam corpus dominicum, quod per de-
cem annos in cistis & foraminibus secluserant. *Robertus*
continuator Sigiberti. Eiusdem temporibus vniuersa fere
Pomeranorum natio a Boleslao Polonorum duce subacta,
magnusque rex Gothorum prædicatione Ottonis Bam-
bergensis episcopi Christianam fidem complexus, in Chri-
sti castra transferunt. *Helm. cap. 41. Olaus lib. 2. de gentibus*
septemtrionalibus cap. 7. Cumque tandem Honorius papa
post obitum Henrici V. qui sine herede deceperat, anno
Domini 1125. Lotharium ducem Saxonie communi pro-
cerum consensu regni & imperii successorem designatum,
a rebellantibus contra eum Henrici nepotibus ex forore,
Conrado nimirum & Friderico Sueorum ducibus, vt

Tancheli-
nus hære-
siarcha
qualis?

G iii

Honori
obitus.

testatur Frisingensis, sententia excommunicationis in eos proleta ab intestino bello liberasset, defunctus est xvi. Kalendas Martii, anno 1130. cum tenuisset pontificatum annis quinque, mense uno, & diebus septemdecim. Hic fecit, inquit Pandulphus apud Baronium, ordinationes in Urbe plures, &c. Ægrotus deferri se fecit ex Lateranensi palatio ad monasterium sancti Andreæ, ibique in pace defunctus est: sepultus vero in basilica Salvatoris.

EPISTOLA I.

HONORII PAPÆ II.
AD PETRVM CLVNIACENSEM ABBATEM.

De Pontii inuasoris obitu & sepultura.

Honorius episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi abbatи salutem & apostolicam benedictionem.

PRÆTERITO mense Decembri Pontius viam vniuersitatem carnis ingressus est. Qui quamuis de malis Cluniaco illatis s̄e commonitus poenitentiam agere noluerit, nos tamen pro reuerentia eiusdem monasterii, cuius monachus fuerat, eum honeste sepeliri fecimus. Data Laterani.

EPISTOLA II.

HONORII PAPÆ II.
AD TYRIOS.

Significat se Vvilielmum Tyri archiepiscopum electum, & a patriarcha Hierosolymitano consecratum, pallio donasse.

Honorius episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus suffraganeis episcopis, clero & populo Tyri, salutem & apostolicam benedictionem.

VENIENTEM ad nos carissimum fratrem nostrum Vvilielmum archiepiscopum vestrum debita caritate re-

cepimus, & quem canonice electum, & a venerabili fratre nostro Guarimundo Hierosolymitano patriarcha consecratum accepimus, pallii dignitate, plenitudine videlicet pontificalis officii, decorauimus. Quia vero de persona sua maximum fructum matri ecclesiae vestrae Tyri, diuina suffragante misericordia, credimus prouenturum, ipsum cum gratia sedis apostolicæ & nostrarum literarum prosecutione ad vos duximus remittendum. Vniuersitati ergo vestra mandando præcipimus, quatenus eum benigne recipiatis, & tamquam proprio metropolitano, & animarum vestrarum episcopo, subiectionem, obedientiam & reuerentiam humiliter deferatis.

E P I S T O L A III.

HONORII PAPÆ II.

AD GVAREMVNDVM HIEROSOLYMITANVM
ARCHIEPISCPVM.

Eiusdem argumenti.

*Honorius episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Guarimundo Hierosolymitano patriarchæ salutem
depostolicam benedictionem.*

SVSCPTIS fraternalitatis tuæ literis, fratrem nostrum Vvilemum, quem in ecclesia Tyri consecrasti archiepiscopum, benigne suscepimus, & eum dignitate pallii, plenitudine videlicet pontificalis officii, decorauimus. Suffraganeis etiam ecclesiae suæ præcepimus, quatenus ei tamquam proprio metropolitano subiectionem & obedientiam deferant. Data in territorio Barenſi octauo Idus Iulii.

E P I S T O L A IV.

HONORII PAPÆ II.

AD REGEM DANIÆ.

Ipsi Gregorium legatum suum commendat.

*Honorius seruus seruorum Dei . . . illustri regi Daniæ, salutem
depostolicam benedictionem.*

ECCE iuxta precum tuarum instantiam, & promissio-
nem nostram, misimus ad te dilectum filium nostrum

56 HONORII PAPÆ II. EPISTOLÆ.

Gregorium de Crescentio , sancti Theodori diaconum cardinalem , apostolice sedis legatum , virum vtique prudentia & honestate conspicuum , & nobis inter alios fratres nostros , suis exigentibus meritis , specialiter carum , concesso sibi plenæ legationis officio per omnes terras , quæ tuæ iurisdictionis existunt , vt extirpet nocua , & plantet salubria , prout quæque secundum datam sibi a Deo prudentiam viderit facienda. Rogamus igitur regiam celsitudinem tuam , quatenus ipsum , imo verius nos in ipso , recipias hilariter , & honorifice tractes , & a subditis tuis ei facias dignam honorificentiam exhiberi ; vt deuotio , quam te ad apostolicam sedem habere confidimus , clareat in effectu , & nos ac fratres nostri per hoc merito in tua caritate crescamus : idemque legatus , qui per se ac suos , qui magnum locum in Vrbe obtinere noscuntur , grata tibi poterit vicissitudine respondere , ad tuam dilectionem perpetuis temporibus obligetur. Datum Laterani quarto Kalendas Ianuarii , pontificatus nostri anno quinto.

CONCILIVM LONDONIENSE I.

A V C T O R I T A T E I O A N N I S D E C R E M A cardinalis & apostolicae sedis legati indictum , quo sexaginta patres , ad reformatos prauos ecclesiæ mores , sequentia capitula ediderunt nono Septembri , anno Domini MCXXV . tempore Honorii papæ II.

N O T A .

Acta Con-
cili.

^a *Concilium.] Celebratur Synodus Londonia , ait continuator Florentii Vigorniensis scriptor huius temporis , in ecclesia beati Petri apóstolorum principis apud Vestmonasterium , mense Septembri , nona die eiusdem mensis , id est v. Idus Septembri , ubi post multarum discussio- nem causarum promulgata sunt hec capitula , & ab omnibus confirmata , numero 17. Praesuit autem huic Synodo Ioannes de Crema , sancte & apostolicae ecclesiæ , de titulo sancti Chrysogoni , presbyter cardinalis , & domini papa Honorii in Angliam legatus , cum Guilielmo Cantuariensi & Turstanio Eboracensi archiepiscopis , & cum episcopis diuersarum provinciarum numero 20. & abbatibus circiter 40. & cum innumeris cleri & populi multitudine. Sunt autem hec capitula .*

C A P I-